

LEVOLDIA NORTHOF,

Equitis Marcani, Canonici Leodiensis, & Abbatis
secularis Vifetensis,

ORIGINES MARCANÆ:

Sive

CHRONICON COMI- TVM DE MARCA ET ALTENA,

*A quibus descendunt Illustrissimi & Generosissimi Duces Iuliacenses,
Cluenses & Bergenses, &c.*

Quorum familia nuper in Ioanne-Wilhelmo defuit:

Nunc primum luci datum, & notis utilissimis illustratum,

Operâ & studio

HENRICI MEIBOMII, LEMGO-
VIENSIS, POETÆ ET HISTORICI.



HANOVIAE

Typis Wecheliani, apud heredes Ioannis Aubrii,

MDCXIII.

præstolabatur aduentum, arbitrans, se nihil posse facere in huiusmodi negociis sine ipsius Comitis præsentia. Et cum de eius aduentu diutius expectando desperasset, suumque reditum in Brabantiam destinasset, venit Comes, Ducem ut obsidione procedat, animat, & confortat. Sicq; facta obsidione archiepiscopus Colonienfis Sifridus & Comes Gelriæ gentem congregant, cum quibus erant præcipui Comes Lutzenburgensis cum suis fratribus, Comes de Nassowe, Dominus de Valckenberg, & multi alii Barones & Nobiles. Erantq; pro parte altera in obsidione prædicta Dux Brabantia, Comes de Monte Adolfus, Comes Iuliacensis, Comes de Marka prædictus, Comes de Waldegge, & alii plures Comites & Barones, cum ciuibus Colonienfis, quos in obsidione illa principaliter tangebatur negotiū. Pars tamē archiepiscopi & Comitis Gelriæ potentia militari & numero non modicum excedebat. Castris igitur eorum metatis apud Bruwider, & incertum vicinis villis consilium erat eorum, ut non committerent bellum, sed transirent super Rhenum, & se ponerent inter ciuitatem Coloniensem & exercitiū partis aduersæ, ut sic eis aduectionem victualium prohiberent, & q; ibi vsq; ad feriam secundam Brunnenfium & Andernacensium & aliorum expectarent aduentū. Sed ecce, quod animositate quorundam hoc consilio mutato, ut sabbato bellū committant, consentiunt, sicq; acies suas ordinant, ad bellum procedunt, congressionē faciunt, versumq; est totum pondus congressionis primæ in Ducē Brabantia. Contigit autem hoc ex eo, quia licet suas prius acies taliter ordinasset, quod archiepiscopus cum ciuitate Colonienfi, & his qui cum eis erant, & Comes Gelriæ, cum Duce Brabantia, Comes quoq; Lutzenburgensis cum Comitibus de Monte & de Marka congregarentur. Omnes tamen istæ tres acies ex casu coadunatae cum Duce congressæ, Standhardū post se dereliquentes, qui subito per garsiones inermes Comitis de Marka eversus & fractus, interfectis, qui in eo erant, & vexillo lacerato disparuit. Quod non modicū parti Archiepiscopi nocuit, & cum inter eos durum esset prælium, quibusdam de gente Comitis Gelriæ, qui ab initio non ad pugnam, sed ad prædam manus extendebant, cum iam de spoliis, quæ in tentoriis Ducis capiebant, equos & saccos onustos haberent, videntibus aduersum se durū esse bellum, ne perderent, quæ lucrati erāt, fugientes turpiter se à prælio diuerterunt, quorum nonnulli alii hoc videntes sequi vestigia inceperunt. Aliis tamē hinc inde in bello persistentibus, viriliter & strenue pugnantibus, tandē successit victoria Duci & Comiti de Monte, Iuliacensi, & de Marka, & ciuib. Colonienfis; captiq; Archiepiscopus per Comitē de Monte: Comes Gelriæ per Ducē Brabantia. Mortuus est autē Comes Lutzenburgensis, cum tribus fratribus, & frater archiepiscopi: mortui sunt quoq; multi alii, & magna strages militaris gentis ibi facta est. Ex parte Comitis ibi mortuus est Rutgerus miles, dictus Vrerell de Swanebohlen dapifer. Acta sunt hæc anno MCCLXXXIIX. in die beati Bonifacii. Post hæc obsidione remanente deditū est castrū & destructū. Deinde Comes Euerhardus de Marka eodē anno oppidū Werle obsidet, ad deditiōnē cōpellit, muros & fossata solo coarquat. Castrū ēt Volmerstein, q; archiepiscopi erat, obsidet & diruit: Similiter & castrū Ilsenberg. Hoc anno videlicet MCCLXXXIIX. mēse Augusto, natus est Comiti prædicto filius Adolfus nomine, Leodiensis futurus Episcopus. Archiepiscopus vero Sifridus interim in castro Comitis de Monte, quod Nouum vocatur in captiuitate pro liberatione sua Comiti de Monte Waldenberg, Rodenberg, Wenden Aspell, Wide, arces & oppidula obligat, & sic liberatus post aliquod temporis interuallum inde recedit. Comes Gelriæ, detentus per Ducem in castro Balterfen, pro liberatione sua Ducatum Limborgensem prædicto Duci Brabantia dimittit.

Anno Domini MCCXCI. ciuitas Aconensis a Saracenis capitur & destruitur. Circa idem tempus Comes de Marka Euerhardus in quadragesima expeditionem ordinat in subsidium nepotis sui Ottonis Comitis de Tekenborg, terram Episcopi intrat, & per octo dies continue in ea circumcirca peragrando eam depopulatur & deuasat, archiepiscopo Colonienfi Sifrido, Episcopo Padebornensi, Episcopo Mindensi, Domino de Lippia & aliis multis nobilibus & militibus, nec non tota terra Osnaburgensi cum Episcopo tunc in ciuitate Osnaburgensi in adiutorium eius congregatis, qui ipsum inuadere non audebant, licet multo plures & fortiores essent.

Anno Domini MCCXCH. mortuo Rudolpho Romanorū rege, electus est Adolfus

Levoldus, de Northof: Leuoldi a Northof origines Marcanae sive chronicon comitum de Marca et Altena

rones & Nobiles. Erantq; pro parte altera in obtidione prædicta Dux brabantia, Comes de Monte Adolfus, Comes Iuliacensis, Comes de Marka prædictus, Comes de Waldege, & alii plures Comites & Barones, cū cuius Colonienfibus, quos in obtidione illa principaliter tangebatur negotiū. Pars tamē archiepiscopi & Comitibus Gelriae¹⁰ potentia militari & numero non modicum excedebat. Castris igitur eorum metatis apud Bruwider, & incertum vicinis villis consilium erat eorum, vt non committerent bellum, sed transirent super Rhenum, & se ponerent inter ciuitatem Colonienfem & exercitū partis aduersæ, vt sic eis aduectionem victualium prohiberent, & q; ibi vsq; ad feriam secundam Brunnenfium & Andernacensium & aliorum expectarent aduentū. Sed ecce, quod animofitate quorundam hoc consilio mutato, vt sabbato bellū committant, consentiunt, sicq; acies suas ordinant, ad bellum procedunt, congressionē faciunt, verfumq; est totum pondus congressionis primæ in Ducē Brabantia. Contigit autem hoc ex eo, quia licet suas prius acies taliter ordinasset, quod archiepiscopus cū²⁰ ciuitate Colonienfi, & his qui cum eis erant, & Comes Gelriae, cum Duce Brabantia, Comes quoq; Lutemburgensis cum Comitibus de Monte & de Marka congregarentur. Omnes tamen istæ tres acies ex casu coadunatae cum Duce congressæ, Stand-

i [Vollständige Information](#)

RESSOURCE
Levoldus, de Northof:
Leuoldi a Northof origines Marcanae sive chronicon comitum de Marca et Altena

Standort
Bamberg, Staatsbibliothek --
Coll.script.f.49#2

Urheber
Levoldus, de Northof -- (GND):
[100952089](#)

Titel
Leuoldi a Northof origines Marcanae sive chronicon comitum de Marca et Altena